



A. L. Vasojević

AENIGMA AMONRASONTHERIS sive: De regula tertia Kurtii Sethe commentarius

В основу статьи положен доклад «Загадка Амонрасонтера или примечание к третьему правилу Курта Зете»¹ прочитанный 17 ноября 1976 года на конференции студенческого научного общества Восточного факультета ЛГУ. В том же учебном году автор начал серьезно изучать латинский язык, уделяя особое внимание переводу с русского на латынь.

Tres regulae detectae ad syllabas formandas linguae aegyptiacae pertinentes maximi ponderis sunt apud viros doctos, qui de vocalisatione eiusdem linguae disputaverunt. Quarum regularum inventor esse fertur clarissimus Sethe, at principia quaedam generalia inter studia linguae copticae iam antecessores eius viderunt. Quorum primus Georgius Steindorff comperit, in vocabulis copticis, quae quidem ad radices palaeoegypticas redeant unam tantum vocalem plenam esse, in eaque accentum poni.² Ita anno MCMXXIII Kurtius Sethe in opusculo quod inscribitur „Die Vokalisation des Ägyptischen“ afferens editionem primam grammaticae copticae Steindorffianae scripsit: „Dieser betonte Vokal kann nur in der letzten oder vorletzten Silbe des Wortes stehen ... Alle andern Silben des Wortes sind unbetonte Nebensilben, die statt eines vollen Vokales nur einen Hilfsvokal haben.“³

Haec regulae forma a Gardinero assumpta est in appendice A eius grammaticae aegyptiacae pro fundamento tertiae regulae de syllabis conformandis. Summa huius regulae usus est etiam Gardiner in vocalisatione nominum propriorum, quam in appendice B adoptavit.

Nam versio graeca nominum aegyptiorum generatim monstrat reductionem vocalium in syllabis non accentuatis quamquam ipsa nomina aegyptiaca plerumque nihil aliud sunt quam totae propositiones sive vocabulorum compositiones. Ita Gardiner scripsit: „In Graeco-Roman transcriptions it is the rule that when such a divine name stands at the beginning of a compound, it is less heavily vocalized than when it stands independently or at the end of a compound.“⁴

Quam regulam dicit stricte observandam esse. Attamen versiones graecas duorum nominum propriorum aegyptiacorum longiorum affert, quae videntur cum regula quoad reductionem non

¹ Вассоевич А. Л. Загадка Амонрасонтера или примечание к третьему правилу Курта Зете // «Вестник древней истории», 1981, № 3, с. 111-115.

² Steindorff G. Koptische Grammatik. Berlin, 1891, S. 41.

³ Sethe K. Die Vokalisation des Ägyptischen // «Zeitschrift der Deutschen Morgenländischen Gesellschaft», Bd. 77, N.F., Bd. II, Leipzig, 1923, S. 176.

⁴ Gardiner A. Egyptian Grammar. 3-d ed., Oxford, 1957, p. 437.

consentire. Sunt ea nomina haec: Ἀμονρασοθηρ cui formae respondent aegypticum



Jmn-R^c-n-sw.t-nṯr.w, quod significat „Amon-Re deorum rex“ et Χνοβωνεβηβ aegypticum



Ḥnmw-^o-nb-[’]bw id est „Chnum dominus magnus Jeb.“⁴ Ex numero talium nominum gravissimum est Ἀμονρασοθηρ nam plurima sunt nomina quae dei Amūn nomen in positione non accentuata per Ἄμεν- tradunt. Ipse Gardiner duobus exemplis supra allatis hanc adnotationem addit: „It is probable indeed, that down to a relatively late period such divine names were not completely bereft, at the beginning of compounds, of the characteristic vowel, but had merely shortened it thus we find such exceptional Greek forms as Ἄμον — instead of Ἄμεν.“⁵

Iam videmus secundum opinionem Gardineri mutationem quantitatis vocalis nihilominus accidisse. Quae sententia Gardineri iterum respondet eis quae apud scholam germanicam aegyptologicam occurrunt. Tamen commentarius investigatorum germanicorum in aenigma Amonrasontheris exactior videtur. Ita illustrissimus Sethe secutus Iohannem Abellium opinatur vocabulum correptum accentum secundarium (*Nebenakzent*) conservare, et quasi praeciens copticum ē tantummodo correptionem quantitativam vocalis indicare, similiter atque in statu constructo linguarum semiticarum fuit.⁶

Ita ex hoc commentario patet Ἀμονρασοθηρ, Χνοβωνεβηβ et similia interpretanda esse tamquam formas arhaicas. Nam notum est nomina divina in lingua aegyptica saepe antiquissimas formas servavisse. Quin etiam antiquissimae versiones cuneiformes nominum propriorum aegyptiacorum demonstrant saeculis decimo quinto — decimo tertio ante Christum natum reductionem vocalium in lingua aegyptica multo minus floruisse quam postea. Videbitur fortasse ea quae senserunt exploratores germanici de aenigmate Amonrasontheris optime persuadere. Tamen si nobis proposuerimus colligere omnia genera transcriptionis aegyptiacorum nominum compositorum ubi appareat nullam reductionem vocalium initialium adesse, vis argumentationis illorum admodum imminuta erit. Apparet nomen aegypticum



Ḥr-z[’]-s.t „Ḥr̄ filius Ēse“ in versionibus copticis pro ƆwPCIHCI vel ƆwPCIHCE sonare.⁷ Itaque versiones copticae serioris temporis nullo modo indicant quantitatem vocalium in nomine Ḥr̄ in initio posito correptionem passam esse. At fortasse nomen „Ḥr̄ filius Ese“ quod in linguam copticam ex ima antiquitate advenit, vestigia antiquitatis plura quam nomen Amonrasonther exhibet, aut reductionem vocalis prohibitam esse pharyngali ḥ in initio posito?

Apparet versiones graecas antiquiores quam copticae hoc nomen per Ἀρσησις⁸ reddere. Inde concludimus versiones graecas incompletam reductionem vocalis in nomine dei Ḥr̄ monstrare. At nonnullae versiones copticae nominum compositorum aegyptiacorum, nomine Ḥr̄ incipientium, id nomen per ƆwP — tradunt, quod reductionem plenam vocalis praebet. Ita Ḥr-

⁴ In vocalisatione nominum propriorum aegyptiacorum sequimur virum illustrissimum Georgium Perepelkin.

⁵ Gardiner A. Egyptian Grammar, 3-d ed., Oxford, 1957, p. 437.

⁶ Sethe K. Die Vokalisation des Ägyptischen // ZDMG, Bd. 77, N.F., Bd. II, Leipzig, 1923, S. 185.

⁷ Ranke H. Keilschriftliches Material zur altägyptischen Vokalisation, Berlin, 1910, S. 57.

⁸ Ranke H. Die ägyptische Personennamen, Bd. 1, Gluckstadt, 1935, S. 250, 13.

wd'(w) „Hōr salvus est“, cui nomini respondet forma coptica ρεροϋοχ.⁹ Interdum versiones graecae eiusdem nominis aegyptiaci reductionem vocalium modo demonstrant, modo non item. Veluti nomen aegypticum Hr-sdm(w) „Hōr auditus est“ literis graecis modo Ὅρσθμις modo Ἀρσθμις¹⁰ tradunt. Interdum versiones graecae varies gradus reductionis praebent. Ita nomen Hr-jj(w) „Hōr adiit“ a graecis modo Ἀριεϋς modo Ἐριεϋς redditur. At tamen versio coptica ωρειεϋ¹¹ nullum vestigium reductionis continet. Etiam plura exempla eiusdem generis inveniri possunt.

Dicit vortasse aliquis talia exempla omnino nulla certa lege astricta atque mero casu explicanda esse. An assentiamur nuperrime proditae opinioni eorum qui de veritate quarundam regularum Sethe dubitant?¹² Aut ipsa tertia regula Sethe nihil aliud quam mythus quidam est? Priusquam de his dubitationibus gravissimis agamus, percensenda sunt alia exempla quae testimonio sunt nullam reductionem in initio nominum compositorum apparere. Incipiamus ab exemplis notissimis.

„Servus“ lingua coptica per **BOK** redditur.¹³ At vocalem characteristicum hoc vocabulum etiam in initio nominis compositi B'k-n-rn.f „Servus nominis eius“ retinet. Testimonio est versio graeca Βοκχορις, fortasse etiam assyriaca ^mBu-kur-ni-ni-ip.¹⁴ Fortasse de absente reductione vocalis versio assyriaca cuneiformis saeculi septimi ante Christum natum ^mBu-uk-ku-na-ni-'-pi testatur, cui formae respondet nomen aegypticum B'k-n—nfj, quod significat „Servus venti.“¹⁵ Multum ponderis habent transcriptiones nominis aegyptiaci, Jmn-jr-dj-sw „Amūn eum dedit“ in aliis linguis apparentes. Sphenographia assyriaca hoc nomen per ^mA-mur-ṭe-še reddit.¹⁶ In sphenographia neobabylonica hoc nomen per ^mA-mu-ru-ṭa-'-is redditur.¹⁷ Etiam versio aramaica אַמֻּנֻרֻשִׁים mon-
strat nomen dei Anūn in initio positum vocalem primarium integrum conservare.¹⁸ Litterae autem graecae hoc nomen dupliciter tradunt: per scriptionem plenam Ἀμνορταισις per scriptionem breviorē Ἀμρταιος.¹⁹ Simile exemplum praebet neobabylonicum ^mA-mu-nu-ta-pu-na-
aḫ-ti, quam formam aegyptiologi plerumque pro nomine aegyptiaco Jmn-t'j.f-nḫt.t „Amūn vis eius est“ reddito accipiunt.²⁰

Tamen maximam partam exemplorum ex quibus apparet vocalium reductionem abesse in initio nominum compositorum praebent versiones nominum thephoricorum aegyptiacorum nomine dei Sūk incipientes. Fortasse in causa est vocalem ū in nomine dei Sūk oriundum ex o et w, quod oritur ex o et b. Tamen occurrunt quoque casus reductionis plenae vocalis ū in initio positi. Veluti: Σεκνεκτις, Σεκμιοφρις²¹ et similia. Iam transimus ad enumerationem exemplorum, quae

⁹ Ranke H. Ib., p. 246, 23.

¹⁰ Ranke H. Ib., p. 250, 19.

¹¹ Ranke H. Lib. land., Bd. I, p. 245, 21.

¹² Thacker T. W. The relationship of the Semitic and Egyptian verbal systems. London. 1954, p. 324; Edel E. Altägyptische Grammatik, Roma. 1955, p. 217, 226, 245, 335.

¹³ Černý J. Coptic etymological dictionary. London, 1976, p. 21.

¹⁴ Ranke H. Keilschriftliches Material zur altägyptische Vokalisation. Berlin, 1910, p. 47.

¹⁵ Ranke H. Ib., S. 27.

¹⁶ Ranke H. Ib., S. 17.

¹⁷ Wiseman D. J. Some Egyptian in Babylonia // «Iraq», VXXX, 1966.

¹⁸ Винников И. Н. Словарь армейских надписей // «Палестинский сборник». Вып. 5, Москва-Ленинград, 1958, с. 202.

¹⁹ Ranke H. Keilschriftliches Material zur altägyptische Vokalisation. Berlin. 1910, S. 44.

²⁰ Ranke H. Ib., p. 45.

²¹ Волков И. М. Древнеегипетский бог Себек. Петроград, 1917, с. 115.

quidam nobis innotu erunt, ubi reductio vocalis in nominibus compositis theophoricis a deo Sūk productis omnino abest. Sunt autem haec: Σουχαμμων, Συκατοιμς, Σοκμας, Σοκαβονθς, Σουχιρ, Σοκμηης, Σοκνεβτνς, Σοκνοπαιος, Σοκνουχιος, Σοκνοχις, Σοκονωπις, Σοκωννωκοννευς, Σοκονπιειος, Σοκοπαις, Σοκοπιχοσις, Σοχωτης, Σοχτης, Σοκαννοβκνοννευς, Σοκοννοβκνουβς, Πετεσοκοννουρις, Πασοκνοπαιος, Τασοκμηης.

Quorum summa efficit duo et viginti exempla.²² Itaque plurima exempla supra allata testantur absentiam reductionis vocalium in initio nominum compositorum aegyptiacorum saepissime occurrere. Etiam saepius autem reductio vocalium exemplis comprobatur.

Quomodo autem haec varietas exemplorum quasi inter se contradicentium explicanda est? Nobis videtur schola germanica aegyptologica proxime ad solutionem aenigmatis Amonrasotheris advenisse, cum de possibilitate accentus secundarii (*Nebenakzent*) memoraverit. Quid enim simplicius et evidentius esse potest.

Notissimae enim sunt formae vocabulorum aegyptiacorum cum tonicae tum atonae (sive constructae). Propterea si loco prioris partis compositi vocabuli aut nominis proprii invenimus formam tonicam, consentaneum est inde concludere id vocabulum accentuatum esse.


Ceterum accentus de quibus hic agitur nostra quidem sententia minime habendi sunt pro antiquis, immo sunt accentus secundarii orti in condicionibus vocabuli polysyllabi pronuntiandi. Hoc exempla demonsrant quae ad reductionem, vocalis in initio nominum compositorum comprobendam vulgo adhibebantur. Talia sunt graeca: Ἀμενεμμης, Ἀμενευς, Ἀμενωθης, Ἀμενωφς et similia.²⁴ Nam ostendunt reductionem plenam secundi vocalis accentuati in nomine dei Amūn. Contra nullam reductionem passus est vocalis eiusdem nominis primus nempe „a“ atonum. Atqui cum dei Amūn nomen medio loco positum est, „a“ in „ə“ reducitur.

Iam ponamus hominem Aegyptium antiquum nomen compositum longius verbi causa „Amon-Rē deorum rex“, quod constat quattuor partibus compositionis, proferre: nimirum proferri non potest reductis omnibus vocalibus praeter ultimum quod secundum tertiam regulam Kurtii Sethe accentum habet. Nam tails pronuntiatio contra naturam vivae orationis videtur esse.

Itaque nostram explicationem aenigmatis Amonrasotheris hac formula concipi volumus: **Si nomen compositum, etiam nomen proprium, constat ex duobus vel pluribus vocabulis, secundum principium minoris laboris in eloquendo in eius initio potest apparere accentus secundarius, qui cadit in aliquam ex primis syllabis. Veluti: ḥōrsiése, amūrṭáis, àmenḥótep, amōnrasontér.**

In tanta frequentia versionum sphenographicarum graecarum et copticarum in quibus vidimus reductionem vocalium in initio nominum compositorum aegyptiacorum abesse, non continuo apparet accentum secundarium linguae aegyptiacae proprium esse. Itaque commentarius noster de regula tertia Kurtii Sethe hypothetice tantum propositus est.


Sunt tamen aliquot versiones cuneiformes nominum aegyptiorum longiorum quae commentarium nostrum confirmare possunt, quo aenigma Amonrasotheris solvere conamur. Sunt autem versiones haec:


1. assyriacum  mPu-ú-a-a-ma, cui formae respondet nomen aegyptiacum


²² Omnia exempla desumpta sunt ex libro modo indicato.


²³ Sethe K. Die Vokalisation des Ägyptisches // ZDMG, Bd. 77, N.F., Bd. II, Leipzig, 1923, S. 185.


²⁴ Omnia exempla desumpta sunt ex libro: Pape W. Wörterbuch der griechischen Eigennamen. Dritte Auflage, neu bearbeitet von G.-E. Benseler. Erste Hälfte, Braunschweig, 1911.

 P'-n-jm, quod significat „Is qui maris est.“²⁵

2. neobabylonicum  mPa-a-ni-iiE-si², cui formae respondet aegyptiacum

 P'-n-'s.t, quod significat „Is qui Ēse (Gen.) est.“²⁶

3. neobabylonicum  mPi-i-ti-hu-ru, cui formae respondere videtur aegyptiacum

 P'-dj-Hr id est „Is qui a Hōro datus est.“²⁷

Gravissimum est quod omnes tres versiones cuneiformes nominum compositorum aegyptiacorum in initio scriptionem plenam habent.

Usque ad ultima tempora vulgo existimabant scriptionem plenam in usu fuisse ad significandum longam vocalem. Tamen scriptionibus plenis attentius exploratis quidam nostri temporis assyriologi concludunt tali scriptione significari non vocales longas sed accentum, quamquam id saepius in vocalibus longis accidat.²⁸

Si haec recte accipimus, tres versiones cuneiformes nominum compositorum aegyptiacorum continuo probant alterum accentum in his nominibus cadere in syllabam primam. Hunc accentum scriptio plena ostendit. Ita scriptio plena cuneiformes aenigmatis Amonrasontheris solvendi facultatem praebet.

²⁵ Rm I, 98.

²⁶ Giay A. T. *Business documents of Murashu sons of Nippur, Dated in the reign of Darius II (424–404 B.C.)* // *The Babylonian Expedition. Cuneiform text.* Philadelphia, 1904; X, 129, 18.

²⁷ Strassmaier J. K. *Inschriften von Darius König von Babylon (521–485 v. Chr.)* Heft I, Leipzig, 1892, 204, 5.

²⁸ Каплан Г. К. вопросу об ударении в среднеассирийском диалекте аккадского языка. // Конференция по семитским языкам 26–28 октября 1964 г. (Тезисы), Москва, 1964, с. 42. Vide etiam: Каплан Г. Х. К фонетике среднеассирийского диалекта аккадского языка // *Семитские языки. Материалы Первой конференции по семитским языкам.* Изд. 2-е исправленное и дополненное. Выпуск 2 (ч. I). М., «Наука», 1965, с. 194.